

## 296.

*Burchard, Erzbischof von Magdeburg, ertheilt denjenigen, welche das Kloster in Nimbschen besuchen und demselben hilfreiche Hand leisten, 40 Tage Ablass.* Halle, 1297 Juni 9.

*Hilschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1541. Das wohlerhaltene S. an einem durch Lostrennung des unteren Randes der Urkunde gebildeten Pergamentstreifen.*

Burchardus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in omnium salvatore. Gratum obsequium et deo pium —. Cupientes igitur fideles Christi ad opera pietatis speciali prohemio invitare de omnipotentis dei misericordia et sue matris Marie virginis gloriose nec non beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis et auctoritate ac nostra confisi omnibus vere confessis et contritis, qui ad monasterium in Nintsen sanctimonialium Cysterciensis ordinis cum devotione accesserint seu manus porrexerint adiutrices, de iniuncta sibi penitentia quadraginta dies et unam karrenam dyocesani consensu ad id accedente misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum Hallis anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo, quinto idus iunii, pontificatus nostri anno primo.

(S.)

## 297.

*Katharina, Wittve des Markgrafen Friedrich (Tuto) von Landsberg, cignet dem Kloster Marien-  
thron die von demselben dem Hartung von Rideburg für 250 Mark abgekauften Dörfer (Klein-) Bothen und Schadel mit allen Rechten, Nutzungen und Gerichten.* Grimma, 1297.

*Hilschr.: Abschr. saec. XV. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1561.*

*Gedr.: (Klotzsch u. Grundig) Sammlung verm. Nachrichten 5,334. Hasche Magazin 6,390 ff. Wegele Friedrich der Freidige 424 f.*

*Ann.: Vergl. No. 299 und Lorenz Grimma 428.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Katherina dei gracia illustris quondam Friderici Misnensis Orientalis et de Landisbergk marchio[nis] relicta omnibus in perpetuum. Ne ea, que fiunt in tempore, spacio labantur temporis, necesse est, ut hominum memoriis et litterarum testimoniis perhennentur. Exinde est, quod tam presentis quam futuri evi hominibus volumus esse notum, quod honorabilis domina Hedwigis abbatisa cenobii sive conventus Throni sancte Marie prope Grymmis Baten et Schadolawe villas pro CC et quinquaginta marcis ab Hartungo de Rideborgk sibi in sue utilitatem ecclesie cum omni iure utilitate iudicio tam in campis quam intra septa villarum prehabitarum silvis agris pratis pascuis virgultis aquis piscacionibus et quadam aquarum particula addita Pustenytz nuncupata iusto empcionis titulo comparavit, omni eo videlicet iure, sicut idem Hartungus et suus pater cum progenitoribus eorundem a nobis et a terre principibus tenuerunt et multis dinoscuntur temporibus retroactis easdem villas cum usibus carundem iusto feudali titulo tenuisse. Nos igitur post resignacionem per Hartungum prefatum et ob renunciacionem sororum suarum nichilominus et suorum patruelum nobis factam ob reverenciam et honorem omnipotentis dei et intemerate virginis eiusdem